



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 42. Mauri a Ferdinando ad Baptismum coacti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

## §. XLII.

Sæcul. XV.  
A.C 1492.*Mauri a Ferdinando ad Baptis-  
mum coacti.*

Interea Ferdinandus Mahometis superstitionem e sua ditione penitus eliminandi studio accensus, omnibus Mauris legem dixit, aut Baptismum reciperent, aut regno excederent. Hos inter magis opulenti in Africam trajiciebant, qui vero tenuioris erant fortunæ, specietenus Christo nomen dedere, secreto tamen pristinae sectæ sacris inhærebant; equidem Mahometes cum Ferdinando pactum inibat, quo eidem profitendæ superstitionis suæ libertas promittebatur, nihilominus Christiana sacra suscipere urgebatur; eam tamen rem summopere indignatus, omnibus suis juribus pro quadringentorum milliam aureorum pretio venditis, ad aulam Fezzarum Regis migravit, ubi postmodum a sicariis interemptus periit: igitur Ferdinandus hac ex parte metu vacuus, paulo post Arragoniam repetiit, Ordinum comitia celebraturus, quibus absolutis Barcinonem usque profectus, possessionem accepit Ruscinonensis ac Ceretanensis Comitatum, quos nuper eidem Galliarum Rex cesserat.

## §. XLIII.